



Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

II. Gregorius & Athenodorus Neocaesaream repetunt. Origenes Caesaream
Cappadociae ad Firmilianum confugit, latet apud Iulianam,

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

ORIGENIANORVM

16

*Qyos in Grecas, Romanasque disciplinas vehementer incensos, injecto illis amore Philosophie, à priori-
bus studiis ad divinarum rerum meditationem ut transirent, adhortatus est. Iam vero manifestus est
boni Hieronymi error, quem apertius etiam redarguit Gregorius ipse Thaumaturgus,
Grec. Thau-
mal. in Nun-
cias in Orig.
Greg. Nys.
in s. Gr.
per Theum.
Beda De fex vero scripsisse Bedam literis institutos ab Origene Gregorium, & Athenodorum, impe-
etas, mudi, rante Gordiano: mirum quoque existimasse Caſaubonum, diligentissimum certe virum,
in Gordiano.
Caſaub. in per annos ipos octo Origeni operam dedisse Gregorium, vel spretis, vel inconsultis Eu-
nos ad Pa- febjo, & Hieronymo, qui quinquennum duntaxat assignantur. Homini nempe valde alio-
neq. Gregor.
Thaumat.
Greg. Thau-
in Paneg.
qui perspicaci impofuit locus iste Gregorij ipsius: ἀλλα εἰ διέτιμεν μοι χρόνος οὐδὲ τὸν, εἰς B
ητε αὐτοῖς εἴπως ποτε, ηγεθάς λόγος πώνα μέγας ή μητέρας τούτους των γένεων. Εἰτε αλλα κανονικοὶ οὐν idia
μεταστολοῦσθαι λέγονται, ηγεθάς, επινεοσία, πανηγυρικοὶ λόγοι ηγεθάς, μητρικοὶ παρεργοδύναι, έτοι μη τὴν Σω-
ματικῶν τοτε αὐτοῖς τῷ πνεύματι τούτοις φιλοσοφίας απανταρθῆναι. Ab octo annis sermonem nullum
vel scripsisse se vel recitatse agnoscit, neque quemquam recitante audire, præterquam
admirandos illos viros, vere Philosophia amatores, condiscipulos nempe suos, Orige-
nis itidem auditores. Minime vero se illos dicentes per octennium audire significat, sed
non alium quemquam per octennium audisse. Scribit Nicephorus Dionysium, eum qui
Heraclæ & in Schola & in Episcopatu Alexandrinuſ successor fuit, hoc tempore etiam
Adamantio præceptor esse usum. Eusebius certe, quem unum hic videtur auctoratus Ni-
cephorus, Dionysium Alexandria Origenis auditorem fuisse docet; Caſareæ vero fuisse C
itudem, id vero apud eum nūquā reperias. At non docendo solum, sed scribendo etiam
pro more suo publice prodesse in hoc Caſariensi secessu Origenes fatigebat: Isaia quip-
pe & Ezechielis vaticinia tunc commentarijs illuſtravit.*

CAPUT TERTIVM.

I. Alexandra Sevoro succedit Maximinus. Sexta persecutio. II. Gregorius & Athe-
nodorus Neocafaream repetunt. Origenes Caſaream Cappadociæ ad Firmilianum confugit, D
latet apud Iulianam, III. Hexapla inchoat, IV. Scribit librum De martyrio. V. Maxi-
minus perit, succedit Gordianus. VI. Origenes iterum Athenas proficiuntur, Ambrosium
obiter adit Nicomediæ, Ahenis absolvit Commentarios suos in Iohannem & in Ezegie-
lem, alios inchoat in Canticum Cantic. VII. Caſaream Stratonis repetit, Commentarios
in Canticum absolvit, Firmilianum iterum in disciplinam recipit, VIII. ad conviendam
Beryllus hæresim Boſtram accersitur, in Palæstinam redit. IX. Obit Gordianus, succedit Phi-
lippus. X. Verum à Dionysio Alexandrinuſ oppugnatus fuerit Origenes. XI. Origenes se-
xagenario major scribit contra Celsum, in Mattheum, & in xii Propheta; item innu-
meras Epistolas. XII. Verum Philippus Imperator fuerit Christianus. XIII. Homilia sua
tum primum excipi patitur Origenes, fidei sua professionem mittit ad Fabianum Papam,
& altos Episcopos, XIV. evocatur ad Concilium adversus Arabum hæresim, scribit ad-
versus Helcæfatas, Apellatas prefigat.

I. **D**V M his intentum atimum habet Adamantius, exsus est cum Mammæ matre
Alexander Severus, post administratum annis tredecim singulare continentia &
aquitate imperium. Sceleris auctor Maximinus, homo gente ac moribus barba-
rus, in demortui locum susfectus est; cui nec obulisse mortem, & in ejus dignitatem in- F
voluisse contentus, piam optimi Imperatoris familiam, & quoscumque caros dum esset in
vivis habuerat, ferino ritu devexere aggressus est; ac Christianos potissimum. Quos cum
esse fuisse passus Alexander, funditus delere Maximinus optavit. Bellum atrox itaque Ec-
clesia infertur, neglectoque Christianorum vulgo, Sacerdotes morri ac supplicio desti-
cap. 19.
Freculph. nentur, ut detractis columnis labefacta aedes corrueret. Id, vel ob unum maxime Orige-
nem, consilijs fuisse suscepimus refert Orosius, & post eum Beda, Freculphus, & Marianus
2. lib. 3. c. 2. Scotus; idcirco, opinor, quod hujus præcipue pietate, scriptis, concionibus, & exemplo
Mar. Scot. Christiana fides magnum jam incrementum accepisset, & porro capture videretur.
ad A.C. 259
Beda De fex
arab. in nodorum post exactos in exhedris suis annos quinque in patriam reddituros à se amisisset.
Et tum

A Et tum ad Firmianum Cæsareæ Cappadocie Episcopum, summa sibi necessitudine de-
vinctum, tota cum Firmiliano invitante eum Cappadocia, fugisse certis rationibus ad
credendum duci sumus. Cum enim probaverimus supra in Quinta Persecutionis tem-
pora fugam hanc cadere neutquam posse, superest ut ad Sextam qua fuit Maximini, vel
ad Decianam referatur. Atque Decius biennium non explevit in Imperio, diuque etiam,
dum rerum potius est, in vinculis fuit Origenes; cum toto biennio illic apud Julianam
latuerit, ut scriptum est à Palladio. Omnia igitur in Maximini Persecutionem incidit
Cæsariensis iste secessus. Firmianum quoque cum rebus ipse suis consulteret (ad Ecclesie
fæcias Præsidæ potissimum pertinebat periculum) alicubi latuisse, & cum Origene
fortasse, credibile est, postquam securum ei apud Julianam perfugium assignavit. Hæc
abundans opibus, easque in Ecclesiæ commoda profundere solita, summa liberalitate ho-
minem de Republica Christiana optime meritum complexa est; nec hospitio exceptit so-
lum, sed Bibliotheca etiam, quam instruissimam à Symmacho hereditario jure obti-
nebat.

B III. Illic insigne Hexaplorum opus tum inchoasse Origenem existimo, maximam na-
stum librorum supellestrem, & Interpretationum præsertim Scripturæ, quas in suos usus
collegisse Symmachum verisimile est, cum ipse suam adornaret. Iam primam quidem
eorum descriptionem animo præformatæ, cum versaretur Alexandria, nonnullaque ad
id Scriptura interpretationes collegisse & contulisse significare videtur Eusebius; quas &

C Euseb. 1.8.
H. B. cap. 16.
Hieron. lib.
Apolog. in
Rufin. c. 9.
Epiph. Har.
De part. &
men. c. 18.
Suidas. in
Origene.
Tyri ea elaborata fuisse testificantis, hoc est partim Tyri, partim in iis locis, in quibus
moram fecit Origenes viginti octo annorum decursu, quos Tyri ætös Epiphanius falso
arbitrabatur. Hæc à nobis tractabuntur inferius. Commode vero ad eam lucubratio-
nem referri potest quod de se dicit Origenes apud Suidam, solitum essi sibi, ev. κατεστις facile enim persuader succivis horis varia
ipsum exemplaria simul contendisse, qui labor ad condenda Hexapla erat veluti οδηγοῦσθαι.

D IV. Ambroſius interim jam supra nobis commemoratus, & Cæſariensis Ecclesiæ
Presbyter Protoſterus, flagrante hac Persecutione comprehensi & in custodiam acti sunt.

D Quamvis autem ipſi per ſe Christi cauſam propugnarent viriliter, non mediocriter ta-
men utrumque conſervavit Origenes, miſſo aureo libello, quo ad martyrium eos est ad-
hortatus. Librum hunc igitur in Cæſariensi latibulo ſcriptum fuisse merito videmur con-
jicere: quo vero deſtinatus fuerit, ſeu quibus in locis torti fuerint Ambroſius & Proto-
ſterus, id conjectura aſſequi facile non eſt. Sic eos alloquitur Origenes in eo, de quo
quaerimus, libello: παῦλος πρὸς ἡρακλεῖτα, εἰ τοῦ αὐτοῦ θεοφόρου οὐ οἶσαν. ναυτὶ δὲ, εἰ καὶ
αἱ Σύραι αὐτῷ οὐ εὐχαριστοῦσι. Dicat quidem Panlus: Si (ſecundum hominem) ad heſtias pugnavi
Ephesi: Nos autem. Si (ſecundum hominem) interfectus sum in Germania. Loqui Origenem ex
Ambroſij, & Protoſteri persona manifeſtum eſt; nullum ipſe ſiquidem hoc tempore diſ-
crimen adiit. Quid sit autem Germania illa, magna dijudicatio eſt. Addubitac Ortelius

E Prolem.
Geogr. libr.
5 cap. 6.
Plini. libr. 5.
cap. 32.
anno Germania fit Germanopolis, quam in Paphlagonum mediterraneis collocaet Pro-
lemaeus; Germanopolim autem eadem eſſe ſuſpicatur ac Germanicopolim Plini, in
Bithynia ad mare ſitan. Falli illum tam ſcio, quam ſcio me vivere. Catena veteris Greca in
Evangelia laudat Severum Antiochenum in Operc ad Thomam Germania Epifcopum.
Hinc aliquis conjetterit eam eſſe Germanicam qua Euphrateſis urbs eft Archiepifcopa-
lis, Antiochenæ ſubdita Ecclesiæ. At Germania metropolis eft, Constantinopolitanæ
Ecclesiæ ſubjecta, ordine 68. juxta Dispositionem Leonis Philosophi qua Iuris Græco-
romani collectioni Leunclanianæ inſerta eft, & ad calcem libri De officiis Constantino-
poleos Georgij Codini eft adexta. In altera vero Palæologi Dispositione, qua priorem
hanc excipit in eodem Codini libro, ſic habetur: Ius Græcor. Tom. 1. l. 2.

F Hinc appetat legendum γερμανια, atque idem eſſe Germia ac Germaniam. Germia au-
tem in Galatia ſecunda ſeu Salutari conſtituent Notitiae veteres, & inter Archiepifcopatus
κατεστις referunt. Sed his repugnat eadem Leonis Dispositio; nam postquam Metro-
poles, & in iis Germaniam recenſuit, ſubjugit Archiepifcopatus, & inter eos Germiis
ſecundum locum aſſignat. Quid igitur ſtatuum, non habeo: ſuum unicuique relinquo ju-
dicium, fatius ducens ſilere in re incerta, quam vanas & futileſ conjecturas proponere.
Quod ſi integra ſupereret illa Leonis γερμανια, nec extrema ſuſi parte ſuſiſt mutilata,
in qua unicuique Metropoli attributa Dioceses recenſebantur, Germania ſitum facile
cognosceremus. Atque hæc haſtentus.

G V. Origenes in Julianæ Bibliotheca tamdiu videtur delituisse quoad vixit Maximinus.
Is demum ad Aquileiam per militarem tumultum cum filio perit, anno imperij tertio: